Jacobus <de Voragine>: [Legenda aurea ] Legenda sanctorum seu Historia longobardica
[Köln: Ludwig von Renchen], [ca. 1486]




re cepit ex eo ꝙ illa maiorē habebat curaꝫ
placere mundo q̄ꝫ ipse haberet placere deo
Procidensqꝫ super pauimentū faciē suam
cum terra percutiebat ⁊ ipsaꝫ terrā lacrimis
rigans dicebat. Altissime deus ignosce mi
hi peccatori. quia vnius diei meretricis or
natus totius vite mee industriā superauit
Ne me dn̄e confundat meretricis ornatus
totius vite ante conspectū tremende maie-
statis tue. Illa pro terrenis summo se stu
dio ornauit. ego tibi immortali dn̄o place
re ꝓposui ⁊ per meā negligentiā non imple
ui. Dixitqꝫ hijs qui secum erant. In veri
tate dico vobis ꝙ deus hanc in iudicio ꝯ
nos ꝓducturus est. q̄m hec tam sollicite se
depingit, vt terrenis amatoribus placeat ⁊
nos celesti sponso placere negligimus Dū
hec ⁊ similia adijceret subito obdormiuit.
Visumqꝫ est ei ꝙ quedā columba nigra fe
tida nimis circa eum celebrātem volaret.
Qui dū cathecuminos abire precepisset:
columba disparuit. ⁊ post missam rediens ⁊
ab ep̄o in vase aque mersa munda ⁊ candi
da exiens tam alte volauit ꝙ videri nō po
tuit. Euigilans ergo dum quadaꝫ vice ad
ecclesiam ꝓcedens ꝑdicaret ⁊ pelagia pre-
sens essꝫ. a deo compūcta est ꝙ ei lr̄as ꝑ nū
cium misit. d. Sc̄o ep̄o discipulo xp̄i Pe
lagia discipula dyaboli Si vere xp̄i disci
pulus comprobaris. qui vt audiui ꝓ mise
ris pctōribus de celo descendit. me pecca-
tricem sed penitentem suscipere digneris.
Cui ille remisit. Rogo vt humilitatē meā
non temptes. quia homo peccator sum. Si
vero saluari desideras solum me videre nō
poteris. sed inter alios me videbis. Cūqꝫ
ad eum coram pluribus aduenissꝫ pedes eꝰ
apprehendit ⁊ amarissime flens dicere ce-
pit. Ego sum pelagia: pelagus iniquitatis
exundans fluctibus pctōrum. ego sum per
ditionis abissus. ego vorago ⁊ laqueus ai
maꝝ. multos deceptos decepi q̄ nunc cūc-
ta ꝑhorrui. Tunc ep̄s eam interrogauit d.
Quod est tibi nomen? Cui illa. A natiuitate
pelagia vocor. sed ꝓpter vestimentoꝝ pom-
pam homines me margaritam appellant.
Tunc ep̄s eam clementer suscipiens peni
tentiā salutareꝫ iniunxit. ⁊ in dei timore di
ligenter instruxit ⁊ sacro baptismate rege-
nerauit. Dyabolꝰ ibidē clamabat d. O vi
olentia quā patior ab hoc seruo dei decrepi
to. o violentia. o senectus mala. maledictꝰ
dies in quo ꝯtrarius natus es mihi. quia spē
meā maximam abscidisti. Quadā insuper
nocte cū pelagia dormiret dyabolus ad eā
venit ⁊ eam excitans dixit sibi. Dn̄a mar
garita quid vnq̄ꝫ malefeci tibi? Nunquid nō
omnibus diuitijs ⁊ gloria te ornaui Que
so dic mihi in quo te contristaui ⁊ tibi ꝓti
nus satisfaciaꝫ. tm̄ obsecro ne me deseras.
ne obprobriū xp̄ianis efficiar. Ipsa auteꝫ
se signauit ⁊ in dyabolū insufflauit ⁊ statꝫ
euanuit. Die tercia om̄ia que habebat cō-
gregauit, ⁊ pauperibꝰ tribuit. Post aliquot
autē dies cunctis ignorātibus pelagia in
nocte aufugit ⁊ in montē oliueti ꝯuenit et
habituꝫ heremite accipiens in parua cella
ibidem se collocauit. ⁊ deo in multa absti-
nentia seruiuit. Maxime autem fame ab
hominibus habebatur ac frater pelagius di
cebatur. Post hoc quidā dyaconus supra
dicti ep̄i iherosolimaꝫ causa visitandi loca
sancta aduenit: Cui ep̄s ait vt post sancto-
rum locoꝝ visitationē quendā monachuꝫ
noīe pelagium quereret ⁊ ipsum visitaret.
cum verus seruus dei essꝫ. Quod cum ille fe
cissꝫ mox ab illa cognitus nequaq̄ꝫ ipsaꝫ ꝓ-
pter nimiā maciem cognouit. Cui d. pela
gia. habes ne ep̄m. ⁊ ille. etiā dn̄e. Et illa.
oret pro me ad dominum. quia vere cristi
apostolus est. Recedens autem die tercia
ad eius cellam redijt. Et cum ad hostium
percussissꝫ ⁊ nullus sibi aperuisset fenestrā
aperuit ⁊ mortuum vidit. currensqꝫ: cum
hoc episcopo nunciasset. episcopus ⁊ clerꝰ
omnesqꝫ monachi conuenerunt: vt tam
sancto viro exequias celebrarent. Cumqꝫ
de cella corpus eius extraxissent. reppere-
runt ꝙ mulier esset ⁊ plurimū admirātes
deo gratias reddiderunt ⁊ corpus sanctū



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-146/0385
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG